



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. XIII. Ordo Gilbertinorum in Anglia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

prudenter conuincunt, & publicè confundunt, quòd iam coram ipsis non audent comparere, multiq̄ue ex ipsis errorem suum cognoscentes, ad Christi fidem reuerfi, ipsis fratribus coniuncti sunt, & ita facti sunt discipuli veritatis, qui fuerant magistri erroris. Hi autem acriùs inter omnes notas sibi vulpeculas capientes, & cognitis sibi obuiantes erroribus, proprio gladio, more Dauid, colum abscindunt Goliæ, & tanquam fortis mulier Iudith caput obruncant Holoferni, & incidit inimicus in foueam, quam fecit. *Hactenus Vitriacus.*

## CAPVT XIII.

*Ordo Gilbertinorum, in Anglia.*

**G**ilbertinorum Ordo, vtriusque sexus, in Anglia, per Beatum Gilbertum Sempingamum, natione Anglum, in Episcopatu Lincolniensi anno 1148. est institutus, & ab Eugenio III. approbatus. De quo vide Guil. Neubrigensem lib. 1. cap. 16. & VVionum in Ligno vitæ lib. 3. die 4. Februarij.

CA-